

Conradus de Ebrach (?), De contractibus reddituum

K = Kiel, Universitätsbibliothek, Hs. Bord. 24, fol. 96v–104v; W₁ = Wolfenbüttel, HAB, Cod. Guelf. 42.2 Aug. 2°, fol. 9ra–17vb; W₂ = Wolfenbüttel, HAB, Cod. Guelf. 83.5 Aug. 2°, fol. 50ra–56rb. – Edition: Christoph Cluse

De contractibus reddituum queritur utrum omnes redditus vel census de camera vel fisco communitatis alicuius vel persone singularis, ubi nil tempore emptionis in possessionem traditur ementis preterquam littera recognitionis, uti communiter inolevit, iuri naturali sit contrarium et repugnans.

- 5 Cum scriptura Iob IV. sic dicat: *conceptum sermonem quis tenere poterit* (Iob 4,2), uti promisso promisi alias, gratia scolastice collationis et inveniende veritatis rationes secundi principales in medium ducam, negativam dicte questionis persuadentes, quatinus subtiliores inde moti caritate dignentur earum solutiones michi et michi similibus impartiri, et ego oppositas rationes vel auctoritates cum correctione sancte matris ecclesie sapientiumque reverendissimi in Christo patris ac domini mei Iohannis Pragensis ecclesie archiepiscopi ac universitatis nostre Pragensis cancellarii temptabo dissolvere iuxta
10 posse, non intendens aliquid pertinaciter asserere vel defendere, ymmo paratus omnino cunctis, que prefati in hiis diffinierunt, assentire.

- 15 Premitto igitur primo quod in pluribus locis ut audivi communitates alique civitatum, opidorum, castrorum, villarum, collegiorum et monasteriorum aut etiam persone singulares, coartate per indigentiam pecuniarum, litteras super se tradunt pecuniosis, continentes quod vendant illis aut rite vendiderunt unam marcā pro decem eiusdem valoris et ponderis, et unam mensuram bladi, frumenti, vini vel olei pro decem eiusdem

1 De contractibus] *Die verlorene Hs. Münster, Universitätsbibliothek, Cod. 657 (155), las fol. 1r:* Conradi de Ebrach pragensis studii magistri disputatio de contractibus. *Rubrik in W₁:* Incipit alius tractatus de contractibus magistri Conradi de Ebroco [!]; *W₂ von späterer Hand über dem Text:* Magistri Cunradi de Ebriaco [!] tractatus de contractibus reddituum; *K. ohne Rubrik.* — 4 contrarium et] *om. K.* — 5 poterit] *potest W₁.* — 7 principales] *principalis W₁, W₂.* — 9 oppositas rationes] *rationes oppositas W₁.* — 10 ac] *et K.* — 11 nostre] *mee W₁.* — 15 collegiorum] *collegiarum K.* — 16 coartate] *coactate W₂.*

qualitatis et quantitatis etc., quolibet anno solvendam dictis pecuniosis vel eorum heredibus aut prefatam litteram notorie possidenti, adicientes quod ex gratia speciali vendens posset dictum censum vel redditum redimere vel reemere aut exsolvere pro precio iam expresso, sic tamen quod in termino solutionis deputato simul tradat
5 censum vel redditum supradictum et de tali contractu totum.

Quod dicam arguitive capiatur; non me intromittam si fieret contractus talis ad recuperandum debitum vel de iussu speciali Spiritus Sancti, sicut Sampson se occidit, ut docet sanctus Augustinus, primo de Civitate Dei, et ponitur XXIII. q. V. »Si non licet« (Grat. 23,5,9). Sic etiam filii Israel domino iubente vestes et vasa aurea videlicet
10 Egiptorum detulerunt. Item si fieret contra inimicum, contra quem emens habet iustum bellum, vel si dominus civitatis vel opidi vel ville venderet pro iusto pretio ius suum previe taxatum ad certam summam rerum predictarum, vel etiam si fieret cum intentione non plus tollendi.

Suppono primo duo mandata magna, scilicet quod quilibet creatura rationalis
15 tenetur actualiter vel habitualiter diligere Deum plus quam aliud a Deo et ei in quolibet mandatorum ex omnibus viribus obedire; item quod quilibet hominum tenetur quemlibet proximorum suorum actualiter vel habitualiter distincte vel communiter diligere sicut se ipsum, iuxta sententias doctorum et glosa Deut. VI. (Dt 6,5), Levit. XIX. (Lv 19,18), Mathei XXII. (Mt 22,27). Sed quia diversi diversimode glosant hoc mandatum
20 secundum, duas glosas elegi, que pre ceteris mihi placent. Prima est Crisostomi super illud Iohannis XIII., *sicut dilexi vos* (Joh 13,34), volentis quod sicut Christus mere libere dilexit nos, non intuitu quod ipsum remuneraremus, ita et nos deberemus nos *invicem* diligere secundum evangelium, in quo ius naturale continetur. Et probatur: tum primo, quia quilibet hominum recipit aut recepit a Deo naturam dilectivam cum singulis aliis
25 omnino gratis, igitur nullus hominum debet talia pro muneribus vendere proximo tamquam simoniacus, ad Rom. XIII., *nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis* (Rm 13,8); tum secundo, quia quilibet se ipsum non intuitu talis remunerationis diligit; tum tertio, quia omne liberum in quantum liberum exigit a natura, quod nullo modo previo ad actum suum proprium, ut sit per quodcumque agens illiberum, declinetur
30 vel impellatur. Nam alias sicut rota molendini agitata per aquam et quadriga vel biga tracta per bestiam dicitur illibere moveri et per hoc non mereri nec demereri. Sic etiam

1 quolibet] quodlibet *W₁*. — 3 posset] possit *K*, *W₂*. — dictum] *davor ein gestrichener Buchstabe* *W₁*. — 4 tradat] tradet *W₁*. — 6 quod] totum quod *W₂*. — 8 ut] et ut *W₁*, *W₂*. — 9 videlicet] *om. K*, *W₂*. — 14 suppono] supposito *W₁*. — 17 proximorum suorum] suorum proximorum *K*. — 19 quia] *om. W₁*. — 20 placent] placent *W₁*. — Crisostomi] Crisostimi *W₁*. — 22 deberemus] debeamus *K*. — 23 quo] quos *W₁*. — tum] tamen *K*, *W₂*. — 24 dilectivam] delectivam *K*. — 26 quicquam] quidquam *W₁*. — 27 tum] tamen *K*. — 27-28 remunerationis] remunerationibus *W₁*. — 28 quia] qui *W₁*. — exigit] *folgt* exigit *W₁*. — 29 proprium] *davor gestr.* liberum *W₂*. — 31 non mereri nec demereri] *om. K*.

nec homo demereretur precise nolens propter munera, ymmo demereretur, quia sic naturam suam liberam deformaret.

Alia glosa est sancti Augustini in diversis locis dicentis quod quia Deus dilexit nos ut Deum in nobis habeamus, sic et nos invicem diligamus, ut quantum possumus
 5 invicem ad habendum in nobis Deum cura dilectionis attrahamus. Et illa videtur esse intentio sancti Iohannis in canonica sua ad societatem christifidelium per caritatis
 10 gluten constrictam totaliter, exhortantis ut Deus habitet in nobis et in Deo maneamus, suadens etiam quod non diligamus mundum neque ea, que in mundo sunt (cf. 1 Jo 3,24), c. II., quia talis dilexio mundi dicitur *concupiscentia* sive cupiditas (1 Jo 2,16),
 15 que omnium malorum est radix, prima ad Thim. VI. (1 Tim 6,10), et in illo precepto satis aperte continentur ille iuris regule, quarum una dicit, *omnia que vultis ut faciant vobis homines, eadem et vos facite illis*, Math. VII. (Mt 7,12); *quod ab alio oderis tibi fieri, vide ne tu aliquando feceris alteri*, Tobie IV. (1 Tb 4,16).

I

15 Prima ratio principalis hiis presuppositis, primo et principaliter sit *A* vendens, *B* emens, *C* precium, *D* census. Et arguo sic: Quantum *B* non indiget nunc vel in futurum de *C* secundum estimationem suam, tantum vel plus *A* indiget de *C*, sicut docet effectus, quia promittit se restitutum ultra *C*. Sed *B* secundum estimationem suam tantum non
 20 indiget de *C* quod putat aut credit, estimat vel sperat se posse habere necessaria pro vita sua (et suorum, si filios aut familiam habet) usque ad decem annos, dummodo omni anno rehabebit unam decimam de *C*. Igitur iuxta glosas Crisostomi et Augustini recitatas *B* tenetur *C* communicare ipsi *A* gratis et libere et omnino sine censu ultra
 25 sortem, ita quod *A* utatur *C*, ad habendum Deum in se, sicut iuxta intentionem sapientis, Prov. XXX., quis *egestate compulsus furatur periurat nomen Dei*, sic quod Deum perdit (Prv 30,9)

Confirmatur, quia si *B* sit laicus, non tamen licet sibi possidere proprium nisi ad usum, XII., q. 1. »Duo« (Grat 12,1,7), quod tamen dictum Decreti intelligatur de proprio valde stricto, ne quis incidat heresim apostolicorum, qui etiam cuilibet christianorum dispensationem singularem interdicebant, ut traditur a beato Augustino de

1 demereretur] demeretur *K*. — precise] psise; *davor gestr.*: pss. *W₁*. — nolens] volens *K*. — 3 sancti] *om. W₁*. — dicentis] dicens *W₁*. — 5 cura] causa *K*. — 12 et vos facite] facite et vos *W₁*. — 15 vendens] *folgt* et *W₁*. — 16 D] *om. W₁*. — indiget] indigens *corr. W₁*. — 17 tantum] tam *W₂*. — 18 B] *folgt gestr.* illud *W₂*. — suam] *om W₁*. — tantum] *corr. W₂*. — 19 aut] et *W₁*. — 20 familiam] *davor gestr.* filiam *K*. — habet] habeat *K, W₁*. — 22 censu] sensu *W₁*. — 27 »Duo«] *om W₁*. — 28 stricto] stricte *K*. — 29 a beato] ab *K*.

Heresibus et ab Ysidoro, I. Ethimologiarum, capitulo v.¹, et ponitur XXIV. q. III. »Apostolici« (Grat. 24,3,39).

Quare cum *C* precium non valeat pro nunc et tanto tempore ad usum ipsius *B*, sequitur quod *B* teneatur ipsum *C* gratis communicare ipsi *A* indigenti. Quod si *B*
 5 facere contempserit, nil est ei miserius, quia nil est ei miserius quam propter mundum vel nummum contempnere Deum, ut dicitur ibidem in c. »Duo« (Grat. 12,1,7), sic quod *B* obmittat non communicando *A* gratis contra ius naturale, presertim cum secundum ius naturale debeant esse omnia communia aut communicanda, dicit glosa Decreti, di. I., »Ius naturale« (Grat. 1,7), vel etiam tempore necessitatis, ut dicit glosa
 10 ibidem, et est originaliter Ysidori, V. Ethim., capitulo IV.² Ad hanc intentionem dicitur Luc. VI., *mutuum date, nichil inde sperantes* (Lc 6,35), scilicet dum vos non indigetis et alii indigent. Et ad hanc intentionem videtur dominus in lege nature etiam adhuc non viciate sic dixisse cuilibet hominum: *presit universe creature*, Gen. I. (Gn 1,25). Et ne post peccatum videretur hec hominum potestas ablata, idem dearticulatus dominus
 15 detexuit Gen. IX., ubi tandem subdit: *de manu cunctarum bestiarum et de manu hominis viri et fratris eius requiram animam hominis* (Gn 9,5).

Patet igitur quod *B* de tanto contra ius naturale spoliat et opprimit ipsum *A* de quanto stringit ipsum vel artat aut angariat ad promittendum sibi *D* ultra *C*, ymmo et *B* violenter et iniuste rapit usum *C* ab ipso *A* plus indigente et necessario.

20 Et forsitan ex hoc quis inferret quod in rei veritate *B* eo ipso esset talis usurarius quem persequuntur sacri canones ecclesie. Nam sicut in mutuo, sic ex pacto isto *B* vult *C* vel ei equalis valoris omnino infra certum tempus rehabere et ultra hoc pro usu vult habere *D* vel plus. Sive igitur usura dicatur usus rei pro lucro taxatus, sive usus violenter raptus, videretur tali quod haberetur propositum; ego tamen me non tam profunde inmergam.

25 Premissam sententiam sicut puto volebant dicere sancti Basilius et Ambrosius tractantes verba divitis Luc. XII. (Lc 12,17–18), et ponitur in Decreto di. XLVII. (Grat. 47,8), sicut hii dicens: »plus quam sufficeret sumptui«, id est necessitati alicuius vel indigentie, »violenter obtentum est«, supple tamen: si verisimiliter appareat necessarius et indigens, sicut in proposito. Unde talem violentatorem sic alloquitur: »in susceptis

1 I. Ethimologiarum] 10. Ethimologiarum *K*. — capitulo v.] capitulo VI. *W_i*. — XXIV.] XXX. *W_i*, 30 *K*, *W_z*. — 2 Apostolici] Apostolica *K*. — 8 aut] idem *W_z*. — 3 Ysidori] Ysidorus *W_i*. — 10 capitulo IV.] capitulo VI. *W_i*. — 12 ad] *om W_i*. — 13 hominum] homini *K*. — 14 dominus] *folgt ein gestr. Wort W_z*. — 15 IX.] primo *W_i*, *W_z*. — 19 usum] *om W_i*, *W_z*. — 20 quem] per *W_i*. — 21 isto] ipso *K*. — 24 haberetur] haberet *K*. — non tam profunde] tam profunde non *K*. — inmergam] inmergam *W_i*. — 25 dicere] directe *W_i*. — 26 XLVII.] XXXVII. *W_i*. — 27 dicens] dicentes *codd.* — sumptui] sumptum *Grat.* — 29 violentatorem] violatorem *W_i*, *davor gestr. vol.* — alloquitur] alloquitur *K*, *W_i*.

¹ Isidori Hispalensis episcopi Etymologiarum sive originum libri XX, hg. von W. M. LINDSAY, Oxford 1911, Bd. I, VIII, 5, 19.

² Ibid., V, 4 *Quid sit ius naturale [...] communis omnium possessio [...]*.

Dei muneribus et in sinum tuum redactis nichil reputas agere iniquum, si tam multorum vite subsidia solus obtineas? Quis enim tam iniustus, tam avarus quam qui multorum alimenta suum non usum« – supple: necessarium – »sed habundantiam et delicias facit? Nec enim minus est criminis habenti tollere quam, cum possis et habundans sis, indigentibus denegare. Esurientium panis est quem tu detines, nudorum indumentum est quod tu recludis, miserorum redemptio et absolutio est pecunia quam tu in terram defodis. Tantorum te ergo scias invadere bona quantis possis prestare quod velis«, cum etiam veritas dixit: *qui maior est vestrum sit minister vester*, Ioh. XIII. (Mt 23,11!). Numquid non etiam qui maior est in divitiis sibi commissis a domino debet exemplo Christi de illis ministrare necessariis et indigentibus?

Nec valet plus quis dicere quod predicta omnia solum sint intelligenda in extrema necessitate. Nam quia sunt de lege nature sive de lege naturali, semper et in omni casu obligant, eo quod ius naturale sit indispensabile, di. XIII., in principio (Grat. 13,1). Item tunc talia opera plus et potius dicerentur necessitatis quam dilectionis et caritatis. Item sic glosantes non valent nec deberent velle, ymmo deberent non velle sive nolle quod eis indigentibus non fierent talia opera caritatis nisi pervenirent ad extremam necessitatem, quia se ponerent ad periculum temptandi Deum contra ius nature. Igitur etiam glosa talis repungnat iuri naturali, et maxime quia subtrahere sive non subvenire necessitatem habenti scienter, hoc excludit caritas Dei; igitur cum certa deliberatione obmissum, et ceteris paribus est mortale peccatum.

Antecedens patet per Iohannem in prima canonica c. III. dicentem: *qui habuerit substantiam mundi huius* – supple: de qua ipse non indiget – *et viderit fratrem suum necessitatem habere et clauerit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo?* (1 Jo 3,17), quasi diceret: nullomodo. Tali igitur accidit quod beatus Augustinus dicit in sermone de Innocentibus: »Qui dum alteri taliter necessitatem subtrahendo iniuriatur, tunc ipse prius in anima caritate persuasorem spolians persecutionem patitur. Dum lucrum querit in archa, dampnum patitur in conscientia.«³ Numquid etiam Christus dum illis dicit Math. XXV, *esurivi et non dedistis michi manducare* etc. (Mt 25,42), ceteris vero, *esurivi et dedistis michi*, etc. (Mt 25,35), numquid inquam solum loquitur dum fuerunt in extrema necessitate? Ymmo certe loquitur potius in omni casu in quo sui fuerint indigentes et ex caritate divina fuerunt eis exhibita opera misericordie. Quare etiam dicit, *quod uni ex minimis meis fecistis, michi fecistis* (Mt 25,40). Volo igitur dicere quod cum iuxta premissa et etiam iuxta rationes positas XII. q. I. »Dilectissimis«, omnes

2 subsidia] subsidie *K.* — iniustus] iustus *W₂*. — 3 sed] et *K.* — 4 quam, cum possis] quantum possessis, possis *W₁*. — 5 denegare] te negare *K, W₁*. — 6 est pecunia] pecunia *K.* — 7 in terram] in terra *K.* — ergo te] te ergo *W₁*. — 14 plus et] om *K.* — 17 nature] naturale *K.* — 20 mortale peccatum] peccatum mortale *K.* — 21 antecedens] antesedens *W₁*. — 23 in eo] in illo *W₁*. — 24 beatus] om. *K.* — 29 et] et non *W₂*. — 30 certe] om *W₁*. — 31 fuerint] fuerunt *W₁*. — fuerunt] fuerint *W₁*. — 32 meis] mei *K.* — 33 omnes] omnis *K.*

³ Ps.-Augustinus (cf. Caesarius Arelatensis, sermo 222).

res necessarie humano usui debent esse communes de iure naturali (Grat. 12,1,2), igitur in dilectione Dei secundum ecclesie utilitatem, personarum dignitatem et necessitatis congruitatem vel estimative debent per habentes dispensari, alioquin contra ius naturale committerent vel obmitterent.

5

II

Secundo principaliter *B* sine fine cupit se habiturum de rebus ipsius *A* ultra *C*, sicut notum est. Igitur ille contractus quo mediante illicite concupitum consequitur vel intendit consequi omnino repugnat iuri naturali. Consequentia patet, quia ius naturale Exodi XX. (Ex 20,17) et Math. V. (Mt 5,28) mandat ne quis concupiscat rem alienam
10 secundum glosas doctorum, et ille iuris naturalis vas electissimum Paulus *precipimus*, inquit, *vobis ut nullius aliquid desideratis*, I. Thess. IV. (1 Th 4,12).

III

Tertio principaliter, si ceteris paribus totus contractus inter *A* et *B* fieret omnino sub eisdem intentionibus eorundem sicut modo, illo solum dempto pacto quod *B* diceret
15 et in littera scribi faceret »mutuo tibi« – scilicet *A* – »decem pro uno« etc., et *A* sub eodem pacto acceptaret, tunc ab omnibus iudicaretur contractus usurarius, quem sancti dampnant et decreta: igitur videtur nunc sub dicto et scripto emptionis et venditionis malus et iniquus contractus et repugnans iuri naturali. Et forsitan alter inferret quod tunc esset talis contractus usurarius etc., et addo notanter: quem sancti dampnant, quia
20 aliquam usuram, videlicet augmentum virtutum, laudant, ut patet in glosa Luc. VII. et XIX. (ad Lc 7,41; 19,23).

Sed consequentia patet: Nam iuxta doctrinam Aristotelis in primo Perihermeneias⁴ non propter nostrum affirmare vel negare sequitur sic esse sicut affirmamus nec sequitur etiam sic non esse sicut negamus. Sic in proposito nostro, quia dicit *B* »emo« et *A*
25 »vendo«. Nam aliter non possemus effugere quin in rei veritate tota doctrina Christi esset mala et dii gentium essent vere dii, cum pluribus similibus que nephandissima multitudo crebro dixit. Ablue igitur et pecte canem, canis est et permanet idem. Sic et ille contractus idem permanet et eque illicitus, qualitercumque nominetur. *Vē* igitur inquit dominus, *qui dicit malum bonum et bonum malum, ponentes tenebras lucem et*

1 humano] *folgt gestr.*: 1 *W.*. — debent] debeant *K.* — 2 dilectione] dilectiones *W.*₂, *corr. W.*. — 4 committerent vel obmitterent] committeret vel obmitteret *W.*_r. — 14 eorundem] eorundum *W.*. — 16 quem] quam *W.*_r. — 17 dicto et] dicto *W.*_r, *W.*₂, dicto est *K.* — 19 quem] quam *W.*. — 23 non propter] propter *W.*. — sequitur] non sequitur *W.*. — 24 etiam] *om W.*, *W.*₂. — 28 illicitus] illicitum *W.*_r, *W.*₂. — 29 inquit] dicit *W.*.

⁴ Aristoteles, I Perihermeneias.

lucem tenebras, ponentes amarum in dulce et dulce in amarum, Ysaie V. (Is 5,20), et infra veritas emptoribus et venditoribus hiis impropereat dicendo: *populus hic ore et labiis me glorificat, cor autem ipsorum longe est a me*, Ysaie XXIX. (Is 29,13).

Unde iudicet hic, oro, veritatis amator quid horum sit maioris criminis, videlicet ubi alter per impositionem falsi nominis sic aliquod malum colorat, ut per simpliciores bonum iudicetur; alter vero per impressionem similis characteris sic cuprum signat ut aurum reputetur? Nam ad primum in simplicium conscientia sequitur dampnum, ad secundum vero in archa sive in bursa spoliium.

Item si dictus contractus inter *A* et *B* sub titulo emptionis dictus et scriptus esset licitus, sub titulo vero mutationis foret illicitus et usurarius secundum omnes, tunc utique esset in placito *A* et *B* quod totiens quotiens vellent, idem contractus precise remanens sub eadem obligatione foret licitus et illicitus, quod videtur absurdum. Item si muti aut alii tacendo talem contractum facerent et venirent duo, quorum unus illum contractum diceret et scriberet venditionem et emptionem, alter vero mutuum, tunc ad bonum intellectum primus salvaret ambos istos, secundus vero dampnaret mutuantem. Cum igitur precepit Apostolus, ymmo dominus per Apostolum, quod *honeste ambulemus ad eos qui foris sunt*, I. Thess. IV. (1 Th 4,12), numquid igitur non essent reprehensibiles christiani et maxime prelati et litterati, quod non docerent iudeos istos ut suos contractus usurarios cum christianis etiam »emere et vendere« nominarent, sic quod tales contractus ipsorum licitos redderent et christiani locantes eis domos non tot se supponerent periculis uti modo? Aliud similiter: simpliciter et diversarum terrarum capiendo pecunias eorundem licite eas retinerent. *Vē* igitur, inquit dominus excusantibus tales dictos contractus, qui *mundatis quod de foris est* (Mt 23,25) – subaudi: per emptionis vocabulum – *intus estis pleni rapina et immunditia et sepulcra dealbata*, Math. XXIII. (Mt 23,27). Hic quia palliata equitas est, duplex iniquitas habet locum et detestatio Salomonis, XII. q. I. »Certe« (Grat. 12,1,18), et glosa super illo: *Sed quia tepidus es incipiam te evomere de ore meo*, Apoc. III. (Apoc 3,16).

IV

Quarto modo principaliter, et est confirmatio precedentis: Capiat *A* indigens pecunias decem marcarum a christiano *B* sub titulo venditionis *D* census, et idem *A* simul capiat

3 XXIX] XXII. *W*₁, 22 *K*, *W*₂. — 4 sit] si *W*₂. — 6-7 ut aurum] *folgt* ut aurum *W*₁. — 7 reputetur] reputatur *W*₁, *W*₂. — 9 dictus] *corr.* *W*₁. — 10 foret] esset *K*, *W*₁. — 11 totiens] totiens et *W*₁. — idem] *folgt* si *W*₁. — precise] *prescire* *W*₁, *prescite* *W*₂. — 12 foret] fieret *K*. — 13 venirent] *om* *W*₁. — quorum] *quarum* *K*. — 15 ambos] *omnes* *W*₁, *W*₂. — 17 eos] *es* *W*₁. — IV] III. *W*₁. — 20 ipsorum licitos] *licitos* ipsorum *W*₁, *W*₂. — 21 supponerent] *supponeret* *W*₁. — 21 aliud] *alias* *K*. — 22 *ve*] *ne* *W*₁, *W*₂. — excusantibus] *excusantes* *W*₁. — 23 dictos] *dicto* modo *K*. — 24 pleni] *corr.* *W*₁. — dealbata] *corr.* *W*₁. — 25 XXIII.] XXV. *W*₁, 25 *K*, *W*₂. — quia] *quod* *K*. 27 — evomere] *evomere* *K*. — 30 marcarum] *marcas* *W*₁.

alia similia decem a iudeo sub titulo mutuacionis, cui etiam debeat solvere omni anno
 precise tantum sicut est *D* census, donec decem ei simul reddat, et omnia alia sint
 omnio paria utrobique. Tunc arguitur secundum philosophos et logicos (aliqua diversa
 numero ex hoc communicantur) esse eiusdem speciei, quia in omnibus essentialibus et
 5 intrinsecis plus inter se conveniunt et assimilantur quam alia duo quamvis diversarum
 specierum. Sed predicti contractus simpliciter et in omnibus suis essentialibus et
 intrinsecis conveniunt, ergo eo modo quo possunt actus aliqui vel contractus dici esse
 in specie, sequitur illos esse in eadem specie. Igitur si contractus ipsius *A* cum *B*
 christiano esset emptio licita et venditio (quod tamen falsum est de plano), igitur et
 10 illud. Ex quo sequitur (et forsitan alter inferret ex dicto antecedente) quod si contractus
 ipsius *A* cum iudeo est usurarius, igitur etiam propter eorum omnimodam similitudi-
 nem in essentialibus contractus cum christiano est usurarius. Sed illud ego non dicam,
 nisi determinaretur per maiores.

Secunda pars antecedentis, scilicet quod dicti contractus sint omnino similes etc.,
 15 probatur: Nam precise et omnino equale lucrum de anno in annum tollendum movet
 christianum sicut iudeum. Similiter equales pecunias transferunt in dominium ipsius
A principaliter propter equale lucrum, quod suppono, et precise per idem tempus *A* se
 potest liberare a iudeo sicut a christiano in dictis casibus, nec denominationes illorum
 contractuum in dicto vel scripto variare possunt aliquem eorundem in intrinsecis et
 20 essentialibus, quia tales denominationes sunt omnino ad placitum instituentium
 vocabula et omnino contractibus dictis extrinsice. Possunt etiam tales denominationes
 in dicto vel scripto millesies variari sine variatione dictorum contractuum qualicumque,
 sicut Deo sine variatione sui nunc dicitur dominus, creator et conservator etc. et non
 ab eterno sic dicebatur, et denarius etiam clausus in cista dicitur usualis et precium et
 25 per solam mutationem principis desinit nominari usualis et precium, sicut patet per
 sanctum Augustinum V. de Trinitate, ultimo circa finem.⁵ Igitur nec dicte denomina-
 tiones, scilicet »emptio« et »venditio« inter *A* et *B* christianum et »mutuatio« inter *A* et
 iudeum, scripte vel dicte poterunt esse sufficientes quod dicti contractus in diversis
 speciebus collocentur. Confirmatur in simili: licet namque canis aliquis dicatur vel
 30 scribatur »Princeps« nomine, alius vero canis dicatur vel scribatur »Rusticus« nomine,
 quia tamen non ob hoc in suis essentialibus et intrinsecis variantur, ymmo et plus inter

1 debeat] debet *W*₂. — 2 precise] perscise *W*_r. — ei simul] simul ei *K*. — 3 logicos] loycos *K*;
 laicos *W*_r, *W*₂. — 4 communicantur] communicuntur *K*. — 5 quamvis] quevis *K*. — 9 esset]
 est *W*_r, *W*₂. — tamen] cum *W*_r. — 11 est] *folgt gestr.* s- *W*_r. — 13 determinaretur]
 determinarentur *W*_r. — 16 transferunt] transferent *W*_r. — dominium] domineum *W*₂. — 17
 tempus] *om K*. — 18 potest] *om. W*_r, *W*₂. — in dictis] *folgt gestr.* s- *W*_r. — nec] *folgt gestr.* a *W*_r.
 — illorum] *davor gestr.*: eorum *W*_r. — 19 in intrinsecis] intrinsecis *W*_r. — 23 etc.] *om W*_r. —
 25 sicut] ut *W*_r. — 26 ultimo] *om. K, W*₂. — 28 iudeum] *davor gestr.* B *W*₂. — 30 scribatur]
folgt gestr.: rusticus nomine *W*_r. — vel] *om. K, W*₂. — 31 ob] *am Rande corr.* *W*_r, ab *W*₂.

⁵ Augustinus, De Trinitate, lib. 5, cap. 16.

se similes manent quam possent dati homo nominatus princeps et canis nominatus »Princeps« vel quam homo nominatus rusticus et canis nominatus »Rusticus«, igitur concludimus evidenter quod homo nominatus princeps et alter homo nominatus rusticus sint eiusdem speciei humane. Canes etiam sunt in specie canina, qualitercum-

5 que ab extra nominentur.

Ad dictam intentionem, salvo tamen iudicio meliori, puto quod ecclesia dixit quod de similibus etiam debet esse iudicium simile, Extra de rescriptis, »Inter ceteras« (X 1,3,4), et Extra de translatione, »Inter corporalia« (X 1,7,2), et illo modo decretalis facta de Petro trahitur ad Paulum, dummodo sit in re omnimoda similitudo, sicut constat.

10 Audivi etiam quod in partibus ubi sunt usurarii sive feneratores christiani de nomine, illi inquam se nominant »mercatores de pecuniis«. Item in Vienna dicitur esse unus iudeus qui in omni expositione pecunie dicit et scribit quod emat super illo in septimana tantum vel tantum, qui tradidit sibi pignus vel alio modo facit sibi cautionem. Quero igitur, an tales in suis contractibus excusentur? Puto quod amator veritatis
15 invite respondebit negative. Item quod christianus aliquis dicto modo licite possit emere unum pro decem, et omnino sit illicitum quod alter sive iudeus sive christianus mutuet eidem vel alteri ceteris paribus mille pro uno etc. — qui possit hoc capere capiet!

Dicit igitur forsitan quis plus fervens quam ego in hac materia quod ob premissas rationes contractus inter *A* et *B* non sit contractus locationis, sed realiter usurarius vel
20 cum usurario certe illicitus, et quod notarii scribentes tales contractus et roborantes cum appositione suorum sigillorum et similibus incurrunt de iuri poli omnes penas contra scribentes et roborantes contractus usurarios promulgatas, quod tamen ego dicere non intendo.

V

25 Quinto principaliter, retendo quarto casu quarti principalis et assumpto dicto Innocentii, Extra de usuris in principio: »ideo maxime sunt contractus usurarii prohibiti per ius naturale et ecclesiasticum, ne magis pecuniosi exhauriant taliter pauperes quod non possint emere necessaria pro colendis agris« (ad X 5,19,1) sicque tanta fiat ultimate rerum caristia, quod multi homines fame moriantur, presertim quia tempore famis
30 omnes terre deseruntur per incolas et multa mala cumulantur, uti constat. Tunc arguo sic: tam *B* exhaurit *A* in necessariis quam *F* iudeus in casu dicto, igitur tam illicitus est contractus inter *B* et *A* sicut inter *F* iudeum et idem *A*.

15 possent] posset *codd.* — dati] dari *W*₂. — 5 nominentur] nominantur *K*. — 6 meliori] melioris *W*₂. — ecclesia] etiam *W*₁, *W*₂. — 7 esse iudicium simile] iudicium simile esse *W*₁, *W*₂. — 11 mercatores] mercatores *W*₁. — 13 tradidit] tradit *K*. — vel] aut *K*. — 15 invite] invicte *K*. — 17 etc.] *om.* *W*₁, *W*₂. — capere] *folgt gestr.*: p *W*₁. — capiet] capiat *K*. — 18 quam] quem *W*₁. — 22 promulgatas] -gatos *W*₁ — 25 quarto] cum *W*₁. — 26 sunt contractus] contractus sunt *W*₁. — 28 tanta] *corr.* *W*₁. — 30 terre] *corr.* *W*₁. — 31 illicitus] licitus *K*. — 32 idem *A*] idem *W*₁.

Item secundo sic: quam mala radix aut arbor est causa prima ipsius contractus inter F et A , tam radix mala aut arbor est causa prima et contractus inter B et A , eo quod utrobique principaliter pretendatur prescise equale lucrum. Cum ceteris omnibus paribus (ut patuit in quarto principali) similiter utrobique sequitur equalis effectus sive
 5 fructus, scilicet extenuatio pauperum, ut dictum est. Igitur contractus inter A et B videtur esse tam illicitus et malus quam illicitus et malus est contractus inter F et A , qui dicitur usurarius. Consequentia illa est formaliter Christi, Math. VII. (Mt 7,17–18) et Luce VI. (Lc 6,43–44), ubi dat eam pro regula, docens quod boni et mali sint a suis effectibus cognoscendi, tandemque contra phariseos Math. XII. in virtute illius ratione
 10 probat quod ipse non eiciat demonia in potestate Belsebub, sententialiter sic arguens: Eiectio demoniorum est bona et inculpabile, igitur non eicio demonia in potestate demonis, qui malus est, et infert arguendo per predictam regulam: *igitur facite arborem bonam*, id est me, *et fructum eius*, id est opus meum, reputate *bonum, aut facite arborem malam et fructum eius malum. Siquidem arbor ex fructu congoscitur* (Mt 12,33). Sic in
 15 proposito: Si B tam exhaurit A in necessariis quam F , etiam sequitur propositum. Et eandem sententiam videtur roborare decretalis volens quod de similibus simile fiat iudicium in quarto principali allegata (X 1,3,4; X 1,7,2). Similiter et philosophi concordant dicentes quod operatio arguit vel facit scire formam et proprietatem speciem. Et iterum dicit Aristoteles, I. Physicorum⁶ in principio: »tunc unumquocque scire arbitramur,
 20 cum causas eius cognoscimus usque ad elementa et principia«, ubi secundum commentatorem Averroym elementa pro materia et forma tunc pro efficienti aut pro efficientibus, si plures sunt, principia vero pro finali causa vel pro finalibus causis capiuntur. Ergo si in dictis contractibus omnino est similis materia, scilicet utrobique decem simul efficientes, quia utrobique homines similes, fines scilicet lucrum omnino equalis, certi-
 25 ficatio equalis, cum hoc etiam quod per idem omnino quilibet illorum contractuum potest dissolvi, scilicet per C redditum decem cum lucro D – sequitur igitur quod simpliciter sit in eadem specie. Quare si unus eorum cum omnibus sue speciei contractibus ponitur licitus, sequitur etiam quod alter eorum sit licitus; et si alter ponitur illicitus, uterque est illicitus, uti constat amatori veritatis. Nec hiis obstare poterit si dicti
 30 contractus in dicto vel scripto per suos effectores et alios diversimode nominantur, sicut in tertio et quarto principalibus est persuasum.

1 quam] quam quam W_2 . — 1-2 est causa ... aut arbor] *om* W_1 . — 2 causa prima] tam prava W_1 . — 3 pretendatur prescise equale] prescise pretendatur eius male W_1 . — 4 ut] et W_1 . — 7 consequentia illa] quamvis K . — 11 inculpabile] inculpabiliter W_1 . — 13-14 id est ... eius malum] *om*. K . — 22 sunt] sint K , W_1 . — vel pro] pro K . — 23-24 simul efficientes] similes efficientes K , summa efficientis W_1 . — 24 quia] qui K . — similes] *in* W_1 *gestr.* — 24-25 certificatio] scilicet certificatio K . — 25 per idem omnino] omnino per idem W_1 . — 27 quare] quare W_1 . — cum] tam W_1 . — 30 scripto] in scripto W_1 . — 31 persuasum] persuasim W_1 .

⁶ Aristoteles, I Phys., lib. 1, c. 1; vgl. auch Wilhelm von Moerbeke, in: S. Thomae de Aquino Opera omnia, Tom. II: Commentaria in octo libros Physicorum Aristotelis, Rom 1884, p. 3.

Sed forsā pecuniosi vel eorum advocati interponunt hic excusationem, dicentes quod nisi taliter pauperibus et indigentibus subvenirent, maiora dampna et presertim apud iudeos per usuram voracem plus incurrerent. Istos inquam velut excusantes excusationes in peccatis repellere videntur sancti Basilius et Ambrosius in primo principali

5 recitati. Queritur tunc isti pauperum necessaria detinentes, ratione cuius detentionis pauperes ad maiora dampna prolaberentur apud iudeos vel alios, non utique ex hoc forent minus rei criminis, uti dicunt sancti. Etiam si *B* raptor spoliat *A* ne idem *A* spoliatur ab ipso *F* de eodem vel maiori, numquid ducens *A* in Caribdim suam, ne idem *A* procidat in Cillam alterius, excusari poterit a peccato? Estimo quod quis plus

10 fervens in hac materia diceret illis, quod amicis suis petentibus *piscem serpentem* et *ovum* postulantibus tam pungitivum *scorpionem* tribuunt contra ius naturale, Luce XI. (Lc 11,11–12). Et dicti pecuniosi magnam reputant usuram quam iudei de solo numismate aureo vel argenteo capiunt, et non reputant hoc malum si ipsimet in agris, silvis, pascuis, allodiis, aquis et piscivis plura vite communi necessaria detinendo pauperes de

15 tanto violentant secundum deductionem primi principalis. Dicit tandem iudeus christianis: *ecce clamabo vim patiens* (Iob 19,7), *affligitis, atteritis et confuditis me sermonibus* (Job 19,2–3), vocando me usurarium, *et non erubescitis opprimentes me*, Iob XIX. (Iob 19,3). Attendite magistrum vestrum dicentem: *in quo alium iudicas te ipsum condempnas*, ad Rom. II. (Rm 2,1). Dum namque ego tante servituti extra regnum meum

20 paternum sim adductus, quod non valeo aliter conquirere commode vite necessaria nisi pro lucro mutuando pecunias, me dicis usurarium despectabilem? Tu vero, qui in tot etiam tuos christianos dicto modo predaris, audis te dominum nominari placabiliter? Sicut olim piratam dixisse fertur Allexandro: »Quia ego parva navi mari infesto, latro dicor et raptor; tu vero qui magna classe totum mundum spoliās, diceris imperator«,

25 IV. de Civitate Dei.⁷ Quare christianus eiciat primum *trabem de oculo*, Math. VII. (Mt 7,4), et Luc. VI. (Lc 6,42). Nec forsā iudeus carnalis cessabit adhuc christianorum lacessitus insultationibus, quin addit dicendo quod emptores inter christianos similes ipsi *B* sint illi divites cum quibus stet dyabolus vel Antichristus *in occultis ut interficiet innocentem* (Ps 9,29), quia pauper *egestate compulsus furatur ut nomen Dei perierat* et

3 incurrerent] incurrerent *codd.* — 5 queritur tunc] que et tunc *W₁, W₂*. — 6 utique] uti *W₁*. — 11 IX.] 5 *K*.; v. *W₁*; quinto *W₂*. — 12 et dicti] *corr.* *W₁*, item dicti *K*. — 13 agris, silvis] silvis, agris *W₁*. — 15 violentant] violentent *W₁*. — 18 XIX] quarto *W₁*, 4 *K*, *W₂*. — 19 condempnas] condampnas *W₁*. — servituti] *folgt* extiti *W₁*. — 20 adductus] addictus *K*. — conquirere] acquirere *W₁*. — 22 etiam] *om* *W₁, W₂*. — tuos] tuis *W₁*. — 23 Allexandro] Allexander *W₁, W₂*. — mari] mare *W₂*. — 24 magna] magno *codd.* — 25 primum] primo *W₁*. — 26 oculo] *folgt* etc. *K*. — 27 lacessitus insultationibus] lassessitus insultibus *W₁*. — addit] adhuc *W₁, W₂*. — 29 interficiet] interficiat *K*. — ut] *om* *K*. — 29-1 perierat et periurat] *om.* et *W₂*, periurat *W₁*.

⁷ Augustinus, De Civitate Dei, lib. 4, c. 4.

periurat, Prov. XXX. (Prov 30,9). Dum namque oculi divitum quasi misericorditer respiciunt in pauperes dicto modo, quid autem tunc dyabolus vel Antichristus? *Sedet cum divitibus in occultis et insidiatur eis velut leo in spelunca sua* (Ps 9,29). *Insidiatur*, inquam, ut *rapiet pauperem* (Ps 9,30), rapiat pauperem dum talibus enim verbis compassione fucatis adtrahit ad se retrahendo a iudeis. Nec mireris quia antiquitus dictum quod sicut *venatio leonis et onagri in heremo, sic pascua divitum sunt pauperes*, Eccli. XIII. (Sir 13,23).

Adhuc illius rationis caudam coniungam capiti magis apte. Nota Crisostomum sic dicentem: »Similis est pecunia usurarii morsu aspidis; percussus enim aspide quasi delectatus vadit ad sompnium, per suavitatem soporis moriturus, quia tunc venenum latenter intrat et per omnia membra decurrit. Sic et ei accidit qui sub usura mutuum accipit: non aliquo tempore quasi beneficia sentit sed usura per omnes facultates decurrit et totum convertit in debitum super illo *volenti mutuare*, Math. V.«⁸ (Mt 5,42). Et idem vel simile videtur per dictum contractum *B* et *A*, quem talem nominant emptionem. Et ex illa deductione clare patet quod utique Innocentius dictos contractus nunquam tamquam licitos consensisset optemperare suo fundamento principali, Extra de usuris in principio, »contra dicant quod usure« (ad X 5.19.1).

Consideret etiam, queso, amator veritatis, an non in terris ubi dicti contractus communius permittuntur, ymmo celebrantur, res necessarie cariores efficiuntur, possessiones non coluntur, ville deseruntur et ea, que principaliter necessaria sunt pro conservanda re publica, vilia vel inutilia reputantur? Tandemque principes terrarum, domini et ceteri nobiles insistentes armis et rebus bellicis et continue arduis occupati pro republica consiliis quasi dormitantes, aptantes sibi a Deo tradita, paulatim deiciuntur et per eorum subditos in capitvitatem et servitutem et per tales emptores in processu temporis rediguntur. Nam cum illi in campis confligentes militant et communibus utilitatibus inhiant, alii domi remanentes ingenia excogitant quibus illos fatigatos et exhaustos alliciant, quod eis ut olim Esau Iacob, Gen. XXV. (Gn 25,31–34), honorem primogeniture subripiant et ex hiis forsitan in diversis partibus tyranni surrexerunt et multi principatus sunt destituti, nobiles et potentes de sede honoris depositi et humiles exaltati (quamvis vere humiles et virtuosi etiam per Deum suosque ministros uti David, Ioseph et Daniel cum ceteris sublimati cognoscantur). Quia igitur dictus contractus

1 XXX] XXII. *W*₁, 22 *K*, *W*₂. — 2 vel] *corr.* *W*₁. — in] *corr.* *W*₁. — 4 rapiet] rapiat *K*, *W*₂. — rapiat] rapere *K*. — 6 XIII.] 19. *W*₁, *W*₂. — 8 caudam] candam *W*₁. — apte] aperte *K*. — 11 intrat et] *om.* *K*. — sic et] sic etiam *W*₁. — 12 accipit] accepit *K*. — facultates] vacuitates *W*₁. — 14 volenti] volente *W*₁. — 18 consideret] considerat *W*₁. — amator veritatis] veritatis amator *K*. — 19 ymmo] ibi ymmo *W*₁. — efficiuntur] fiunt et efficiuntur *W*₁. — 21 inutilia] utilia *K*. — domini] et domini *W*₁. — 23 consiliis] conciliis *K*, *W*₂. — dormitantes] dormientes *W*₁. — aptantes] aptante *K*, *W*₂. — 24 temporis] temporum *W*₁. — 25 utilitatibus] utilibus *W*₁. — 26 quibus] aut quibus *W*₁, *W*₂. — 29 sunt] sint *K*; *davor gestr.* sint *W*₁. — 30 uti] *om.* *W*₁, *W*₂.

⁸ Ps.-Chrysostomus, Opus imperfectum in Matthaum, 12 (MIGNE PG 56, Sp. 701).

leoninus et aspidivus nedum pauperes et rem publicam destruit sed et nobiles deicit et principi resistit, igitur suis emptoribus dampnationem acquirit, ut patet ad Rom. XIII. in principio (Rm 13,1–2).

VI

5 Sexto principaliter omnes excusantes huiusmodi contractus dicunt eos esse legitimas
emptiones et venditiones, contra quos arguo sic: In omni emptione oportet esse
precium et mercem previe, ita quod intentio empturi dirigatur in mercem et vendituri
in precium. Ista traditur ab Innocentio ubi supra de usuris »Que civitate« (Innoc. ad
X 5,19,6), et declaratur sic: Nam volens emendo precium suum commutare cum alio,
10 non aspicit ad unum nichil sed potius aspicit ad unum certum bonum obvians sue
intentioni, quod cupit ad se transferri per venditorem, sive illud bonum sit naturaliter
ut equus sive congregatione ut acervus tritici. Sed nullum tale poterit assignari hic,
igitur nec poterit hic dici vera esse emptio et venditio bonorum, quia primo non emitur
hic dicto modo communitas aut persona singularis que dicitur hic vendens, uti constat:
15 quia nec communitas nec persona singularis – ut communius, saltem non cuique – se
venderet ipsi *B* etiam pro precio multo ampliori. Item tunc unico de illa communitate
mortuo, quia tunc dicta communitas que se vendidisset ipsi *B* iam desiisset, sequeretur
quod *B* non amplius haberet impetere communitatem sequentem ratione dicte emptio-
nis, et ita etiam si *B* emisset *A* personam singularem: tunc *A* mortuo non posset *B*
20 impetere ratione dicti contractus heredes ipsius *A*. Quorum opposita ratione talium
emptionum fieri videmus in effectu.

Secundo nec *B* emit cameram aut fiscum communitatis vendentis aut persone
singularis.

Tertio nec *B* intendit emere principaliter litteram recognitionis, quia illa naturaliter
25 est posterior dicta emptione sicut <...>. Et si instatur hic, quia possunt emi fructus agri
non adhuc presentes sed solum futuri, similiter et pisces qui per illum aut per illum
tractum a piscatoribus in mari vel lacu aut alia aqua capiuntur: Quamvis illa dicta apud
magnos sint quasi autentica, tamen estimo quod puerilis sophista ipsa dederet. Nam
posito quod secundum tales *B* emeret ab *A* fructus futuros et non presentes adhuc,
30 similiter et pisces qui capiuntur, tunc arguitur sic: Nulli fructus ibi erunt nec aliqui

1 deicit] deiecit *corr.* *W*₁. — 5 principaliter] *davor gestr.*: prinp- *W*₁. — dicunt] *corr.* *W*₂. — legitimas] legitimas *W*₁, *W*₂, illegitimas *K*. — 6 emptione] emptioni *W*₁. — 7 et] in *W*₁. — 8 Que civitate] *sic Codd.* — 10 aspicit] aspirit *W*₂. — sed aspicit] sed *W*₁. — 11 bonum sit] sit unum *K*. — 12 tritici] *add etc. K.* — hic] *om.* *W*₁. — 13 primo] prima *W*₁. — 14 persona singularis] persone singulares *W*₁, *W*₂. — 15 se] *Codd.* — 18-21 dicte emptionis ... ratione] *om.* *W*₁. — 25 Satz wohl unvollständig. — fructus] *om.* *W*₁, *W*₂. — 28 vel] *folgt* in *W*₁. — aut] *folgt* in *W*₁. — 29 magnos] magistros *W*₁, *W*₂. — quasi] *om.* *W*₁, *W*₂. — ipsa] ea *W*₁, ipsam *W*₂.

pisces ibi capientur, igitur nec fructus nec pisces etc., aliquid horum ibi merx, igitur non est ibi emptio nec venditio dicto modo.

Antecedens est ibi dubium, ut suppono de communi cursu, et consequens est propositio mere contingens; igitur et consequens est a te dubitandum vel non negandum, unde salvo iudicio meliori videtur quod tales contractus ob spem futurorum, presertim in casibus predictis, magis sapiunt naturam locationis et conductionis quam emptionis et venditionis. Nam dominus agri vel arboris locat ea sic conducenti per certum tempus, ita et piscatores locant operas suas et rethe, similiter et aquam si spectat ad eos. Qui vero talia conducit suo modo, si tamen placuerit alicui dicere quod *B* emit agros et arbores et rethe similiter et aquas ad usum suum per tantum vel tantum tempus, satis bene transit.

Quare si sexto⁹ loco dicatur quod *B* emit illam summam census qui sibi dabitur per *A* in futuro: quod utique est contra naturas illarum rerum que dantur in numero, pondere et mensura, qualitate, quantitate; ymmo et illud dicunt omnes illicitum, sive teneant partem affirmativam sive negativam huius questionis. Ego tamen arguo contra illam responsionem sic: *B* intendit quod *C* vel ei omnino equale ad se vel ad suos heredes revertatur cum *D* censu non solum semel aut bis aut decies etc., sed totiens quotiens annus sequitur annum iugiter in futurum. Sed ex opposito *A* intendit quod omnino nil de suo ad dominium *B* vel heredem eius transferatur, quia intendit se citius prout poterit ab ipso *B* liberare, retentum *C*, ut suppono. Igitur *A* et *B* circa nullum conveniunt quod vendatur ab *A* et ematur a *B*, igitur inter eos non est emptio et venditio dicto modo. Si propter ista quis fugiat ad defensionem innumerorum puerorum dicendo: »*B* emit censum«, cum *B* nullum censum emat; sed quia talis locutio non innititur rationi nec auctoritati et contradicit Innocentio ceterisque doctoribus ponderosis, qui volunt quod in omni emptione certa sit merx determinata, non confusa tantum vel terminus pro ea supponens, ideo ipsa tamquam puerilis omnino relinquitur.

Septimo nec *B* emit ius petendi *D* semel vel pluries: patet per rationem iam dictam, quia cum *A* poterit se statim liberare reddendo *C* ipsi *B*, ymmo et *A* cordialiter intendit ne umquam *B* acquirat ius petendi *D* nec medietatem de *D* nec quartam nec octavam, in infinitum circa partes proportionabiles.

1 pisces ibi] pisces ubi *W*₁. — etc.] *om.* *W*₁, *W*₂. — 8 ita et] et ita *W*₁. — aquam] aquas *W*₁. — 9 tamen] cum *W*₁, *W*₂. — 10 vel] vel per *K*. — 11 transit] transcit *W*₁. — 12 si sexto] sexto si *W*₁. — summam] *folgt* 1. *W*₁. — 16 responsionem] espositionem *W*₁. — 17 etc.] *om.* *W*₁, *W*₂. — 22 defensionem] defencionem *W*₁. — innumerorum] numerorum *W*₂. — 23 cum] tamen *K*. — emat] emit *K*. — 24 auctoritati] auctoritate *corr.* *W*₁. — 25 quod] et quod *W*₁. — certa] certe *W*₂ — non] et non *W*₁ — 29 medietatem] mediate *W*₁. — 30 proportionabiles] proportionales *W*₁, *W*₂. — 31 dubio] duo *W*₁. — 32 habet] habebit *W*₁.

⁹ In der überlieferten Liste fehlen die Punkte 4 und 5 des sechsten Hauptarguments.

Item arguitur breviter, ex tibi dubio: etiam completo iam primo tali contractu, *B* nunquam habebit ius petendi *D* nec in presenti habet hoc ius super *A*; igitur nullum tale ius ipse *B* emit super *A*. Antecedens patet: quia ex tibi dubio *A* cras vel statim hodie restituet ipsi *B* precium scilicet *C*. Item sicut videtur ridiculum dicere quod *B* non emit
 5 pro *C* precio, sed *D* emit pro iure illo quo possidet *C*, sic etiam in proposito videtur ridiculum esse quod *A* non vendat *D* censum sed solum ius postulandi *D* censum. Patet igitur clare quod nulla est hic merx, igitur nulla vera emptio.

VII

Septimo principaliter, et est confirmatio precedentis: secundum omnes contrariantes
 10 illicitum est et contra ius naturale et contra naturam rerum quarum valor consistit in numero, pondere et mensura, quantitate et qualitate, quod per aliquas tales plus ematur quantitate et qualitate in eadem specie, cum dominus abhominetur habentes pondus et pondus maius et minus, modium etiam maiorem et minorem, Deut. XXV. (Dt 25,13–15) et Prov. XI. (Prv 11,1). Item Lev. XXV. et Ezech. XVIII. et XXII. dominus vult
 15 et mandat ne quis usuras a proximo suo caipat aut *amplius* quam dedit (Ez 18,8.13, Lv 25,36) sive per *superhabundantiam* recipiat, ubi attendat diligenter, quia dominus distinctim *usuras* et distinctim *superhabundantiam* inhibet (Ez 22,12, Lv 25,37).

Ob que dicunt repugnantes quod in casu illius questionis *B* non emat plus nec per
superhabundantiam ab ipso *A*, sed *B* solum emat ius percipiendi tantum vel tantum
 20 anno etc. Contra sic dicentes arguo primo sic: Ius ipsi *B* tantum percipiendi omni anno ab ipso *A* vendente nil habet in se bonitatis vel utilitatis nisi in quantum valet aut utile reputatur *D* omni anno ipsi *B*, et quantum *D* augetur vel minuitur in bonitate et utilitate omni anno, igitur tantum prescise augetur vel minuitur in bonitate et utilitate
 25 ceteris paribus dictum ius *B* percipiendi *D* omni anno. Igitur si *B* emit dictum ius ab *A*, sequitur quod *B* magis directe et magis proprie et prius taliter emat *D* censum quam ius percipiendi ipsum *D*. Confirmatur: nam posito etiam quod dictum ius preter realem censum *D* aliquid haberet in se bonitatis et utilitatis, adhuc tamen quia dictum ius principaliter emerit propter censum *D*, sequitur quod magis directe et magis proprie

4 sicut] si sic *W*₁, *W*₂. — 11 quod] et quod *W*₁. — 12 quantitate et qualitate] quantitatem et qualitatem *codd.* — abhominetur] abhominatur *W*₁. — 12-13 pondus et pondus maius et minus] pondus maius et minus *W*₂, pondus maius et pondus minus *W*₁. — 14 XI.] X. *W*₁; 20 *K*, *W*₂. — et] *om. K.* — 15 amplius] plus *W*₁. — 16 sive] si *W*₁. — superhabundantiam] habundantiam *K.* — quia dominus] dominus quia *W*₁. — 18 que] quem *W*₁, *W*₂. — per] *om W*₁. — 20 etc.] *om. K.* — percipiendi] precipiendi, *folgt gestr.* ip- *W*₁. — 21 aut] *folgt gestr.*: prescise augetur vel minuitur in bonitate vel utilitate ceteris paribus *W*₂. — 23 minuitur] *folgt gestr.* et *W*₁.

ematur census *D* sive illa *superhabundantia* contra legem. Et pro illa materia est conferenda Aristoteles, I. Posteriorum, »propter quod unumquodque tale et ipsum magis«. ¹⁰

Item secundo *B* emit dictum ius, igitur cum hoc totum ius percipiendi *D* omni anno etiam includat et prerequisite quod *D* previe et causaliter et ius eque sit proprium ipsius *B*, igitur *B* prius vel omnino coequene in dicta emptione emit sibi proprietatem *D* quam habeat ius percipiendi *D* ab *A* omni anno dicto modo. Et declaratur: Nam quicumque emit equum vel quamcumque rem aliam prius vel coequene emit equum illum vel rem illam quam emat vel habeat ius percipiendi illum equum vel rem illam in sui possessionem. Igitur maxime sic oportet in emptione talium rerum, quarum usus non potest possideri nisi res ipse substantialiter possideantur, quales sunt omnes res, quarum usus est earum consumptio vel distractio, ut nummorum, vini, panis, olei et cibariorum generaliter.

Item arguo tertio sic: *B* nullum tale ius habet super *A* nec aliquis alius, ut suppono, nisi compleatur dicto modo inter *A* et *B* emptio et venditio. Quare cum non sit possibile quod idem ius numero sit naturaliter se ipso prius et posterius, sequitur clare quod aliud oportet dari premium circa quod conveniunt *A* et *B* emendo, ad cuius translationem sequatur quod *B* incipiet habere dictum ius super *A*. Et attendat veritatis amator, quod dicto modo respondentes non possunt effugere quin oporteat eos concedere quod filia gignit matrem suam. Nam cum deberet emptio et venditio nasci et causari ex re que venditur et emitur, que dicitur hic merx, isti ex opposito concedere habent in illo casu quod merx hic nascitur ex emptione et venditione, et hoc apud naturam simpliciter est monstruosum.

VIII

Octavo principaliter dicto contractu completo inter *A* et *B*, tam contingens est omnino et incertum quod *B* habeat vel habebit ius percipiendi *D*, quam est incertum et contingens quod sanctissimus pater Gregorius XI. ¹¹ me tunc faciet episcopum magnum. Sed illud est tam contingens et incertum omnino, quia ex materia mihi nullum ius percipiendi episcopatum corresponderet vel acquiritur; igitur nec ex illo contractu

1 illa] *om. W.* — 1-2 est conferenda] per regulam *K.* — 2 quod] *om. K.* — unumquodque] unum quocque *W.* — 4 causaliter] casualiter *W.*, *W.* — 4-5 ipsius *B*] ipsius *K.* — 5 prius] *folgt* i(d est) *W.*, *W.* — 7 emat] emit *W.* — 8 percipiendi] *folgt unterstrichen* quantum corresponderet *W.* — 9 sui] suam *W.* — 10 possideri] possidere *W.* — 11 distractio] destructio *W.*, *W.* — 16 dari] dare *W.*, *W.* — 17 sequatur] sequitur *K.* — incipiet] incipiat *K.* — 19 concedere] *om. W.* — 20 concedere] consedere *W.* — 25 incertum] certum *W.* — quam] quod *K.* — 27 quia] quod *K.*, *W.* — mihi nullum] in nullius *W.*, *W.* — 28 episcopatum] quantum *W.*, *W.* — corresponderet] responderet *W.* — acquiritur] *folgt* tale ius ipsi *B* *W.*

¹⁰ Aristoteles, *Analytica posteriora*, lib. I, c. 19.

¹¹ Gregor XI., Papst in Avignon 1371-1378.

acquiritur tale ius ipsi *B*. Igitur *B* non emit nec habet dictum ius super *A*, quod fuit probandum. Maior patet, tum quia posset *A* redimere litteram recognitionis ante finem anni vel statim prima die, tum etiam quia posset *B* moveri pietate et reddere litteram ipsi *A* omnino gratis, sicut posset forsitan non vacare ecclesia vel intervenire ex parte patris sanctissimi aut ex parte mei impedimentum, etc. Item confirmatur in simili: *B* habiturum equum promissum sibi a rege si rex non mutavit voluntatem suam ad oppositum, non infert *B* habere vel esse habiturum super regem aliquod ius; igitur cum *A* intendat omnino quod *B* nunquam habeat ius percipiendi *D* et similiter contingens sit quod *A* reddet decem ipsi *B* satis cito, sequitur etiam quod ex dicto contractu nullum ius ipsi *B* super *A* acquiratur, sicque non est hic emptio legitima, nisi quis forsitan dicere voluerit quod omnimoda impotentia *A* ad redimendam litteram hoc ius ipsi *B* largiatur. Sed hoc non dicit quis divinam in se habens caritatem. Item potest argui quod conditio non exstabit ante finem anni, igitur non potest dici emptio nisi in fine anni.

IX

15 Nono principaliter, posito quod *A* et *B* dicto modo contraxerint ante centum annos et nunc primo *A* reddat decem scilicet precium ipsi *B*, tunc arguo: Quicquid recepit vel recipit precise virtute dicte emptionis, hoc *B* ante centum annos emit ab *A*. Sed *B* recipit centum et decem marcas precise virtute dicti contractus, igitur centum et decem marcas emit pro decem marcis. Igitur cum secundum doctores theologie meliores omnis talis deceptio repugnet iuri naturali secundum regulas primitus allegatas Math. VII. (Mt 7,12) et Thobie IV. (Tb 4,16), et ecclesie constitutiones (cf. X 3,17,6) legesque imperiales (cf. C 4,44,8,0) dampnent omnem deceptionem talem ultra medietatem iusti precii; sequitur clare quod dictus contractus fuit omnino iniustus et deformis.

25 Estimo quod sit ammiratione dignum quod cronographi et naturales philosophi illud tam stupendum monstrum non clarius descripserunt, dum bestificans cupiditas tale genuit in moribus monstrum quod *B* de minori summa pecunie non indigens, scilicet de decem marcis vel de iure possidendi eas, emit tam incomparabiliter pecuniam maiorem, quod idem *B* non potuit necque scivit infra dictos centum annos empte sue pecunie determinate exprimere vel nominare quantitatem eius maximam nisi modo. Et ita indigens de decem marcis vel de iure possidendi decem marcas per cupiditatem *B*

2 ante] *folgt* D K. — 5 etc.] *om. W.*. — item] *om. W.*. — 7 ius] *om. W.*. — 8 A intendat] intendat A *W.*. — 9 ipsi B] ipsi A *codd.*. — cito] scito *W.*. — 11 redimendam] redimendum K. — 12 quis] quos K. — 16 nunc] tunc *W.*. — 16-17 recepit vel recipit] recipit vel recipit *W.*; recipit vel recepit *W.*. — 17 virtute] *folgt* *W.*₂ *durch Zeilensprung*: dicte [*gestr.*: contractus. Igitur B] emptionis hoc *B* ante 100 annos emit ab *A*. Sed *B* recepit 100 et 10 marcas precise virtute dicti contractus, igitur *B* 100 et 10 marcas emit pro 10 marcis. — 19 marcis] marcas *W.*. — 20 repugnet] repugnat *W.*, *W.*₂. — 22 dampnent] dampnant *W.*. — medietatem] *davor gestr.*: meditantem *W.*. — 23 precii] precio *corr. W.*. — 27 de decem] d decem *W.*. — 29 pecunie] pecunia *W.*, *W.*₂. — 30 per] pro *W.*.

coactus vendit ipsi *B* tantam pecuniam etc. sicut dictum est. Et potest addi quod forte *A* nunquam habebit tantam pecuniam coniunctim vel divisim nec de facto habet forsans ad valorem unius marce. Quomodo igitur *A* iuste vendat *D* censum, quem nec *B* nec *A* unquam habebit, mei non capit ruditas intellectus. Et quare non possem ego in simili
 5 iuste vendere et alter iuste emere vinum vel oleum quod cresceret ad annum futurum in alio mundo extra istum mundum contra ionaphis, chimeris et hircocervis, sique de aliis quibuscumque?

X

Decimo principaliter, si tempore contractus inter *A* et *B* presentes essent decem marce,
 10 ipse *A* non venderet utique eas ipsi *B* solum pro decem marcis. Igitur in casu questionis illius principalis est precise causa movens *A* ad vendendum ultra decem pro decem illa dilatio solutionis usque ad unum annum; ymmo pro dilatione solutionis decem marcarum per duos annos *A* dabit duas marcas, pro dilatione per tres annos dabit tres marcas et sic communiter. Quare in dicto casu solummodo emitur et venditur tempus,
 15 quod repungnat iuri naturali, tum primo quia quotlibet tempus erit eque proprium ipsius *A* sicut ipsi *B* de iure naturali, interim quod ambo vivent, tum secundo quia tempus, quod tradit Deus ipsi *A* in bonum, hoc *B* eidem *A* facit nocivum, tum tertio quia lex naturalis ordinavit defluxum temporis ad liberationem servorum et miserorum, sicut patet Exodi XXI. (Ex 21,12), Levit. XXV. (Lv 25,40) et Deut. XV. (Dt 15,12) de
 20 anno septimo et iubileo; sed econtra per istum contractum defluxus illius temporis <vertit> in laqueum, quo capiuntur liberi et magis ac magis vinculantur primo servituti oppressi. Nam si *mutuum* accipiens *servus est feneratoris*, ut dicitur Prov. XXII. (Prv 22,7), quamvis etiam mutuans nil requirat ultra sortem, multo igitur magis in casu isto vendens servus est ementis precise propter tempus.

25

XI

Undecimo principaliter, quero quid sit iustum precium emendi decem marcas ab aliquo vel ius percipiendi eas divisim infra decem annos, quolibet anno unam? Si dicitur quod precise decem marce sint iustum precium, tunc clarum est quod dictus contractus est

1 etc.] *om. W₁, W₂*. — 2 divisim] diversim *W₁*. — 4 habebit] *davor gestr.*: habuit *W₁*. — capit] capiat *W₂*. — 6 contra] *sic codd.* — 10 utique venderet] venderet utique *W₁, W₂*. — 11 precise] precisa *K*. — 14 solummodo] solum *W₁*. — 15 iuri] iure *K*. — quotlibet] quodlibet *K*. — 16 tum] tamen *K*. — 17 tempus] res *K*. — 19 et] *om. K, W₂*. — Deut. XV.] *om. K*. — 20 econtra] contra *W₁, W₂*. — 21 <vertit>] *So oder ähnlich zu ergänzen*. — 24 servus est] est servus *W₁*. — 26 undecimo] venditio *W₁*. — 27 divisim] diversim *K, W₁*. — 28 sint] sunt *W₁, corr. W₁*. — clarum] clare *W₁, W₂*.

iniustus; si vero dicitur quod plures vel pauciores marce quam decem sint iustum precium, tunc in illo casu hoc utique videtur esse contra stabilissimam divine iustitie regulam, que vult quod merx et precium sibi correspondens inter se omnino equi-
 5 convenient. Sed ut clarum est, illud tertium adequans hic minorem summam maiori summe non poterit esse, nisi forsitan quis assignet dilapsum tempus, qui additus minori summe, que in presenti datur, corresponderet excessu maioris summe, que post annum vel annos dabitur, omnino sicut in usurario contractu, prout patet. Item si magnificabis
 10 tradentur divisim, hoc solum esset propter istorum usum, potissimum que presentialiter dantur; sed certum est quod ille usus secundum omnes doctores nil addit eis dignitatis vel valoris ultra eorum substantiam. Et forsitan aliquis ex hoc te rapinialis usure nuncuparet advocatum.

Cum igitur iuxta illa precium iustum pro decem tollendum divisim infra decem
 15 annos sint precise decem que principaliter traduntur, sequitur quod si *B* obligat *A* pro decem secundum casum questionis illius principalem ad dandam sibi plus quam decem, hoc utique est iniustum et repugnans iuri naturali. Et puto quod veritas voluerit prohiberi superflua et inutilia iuramenta, dicendo: *sit sermo vester est est non non*, et omnis oris assertio vel negatio cordis assertioni vel negationi concordet; sed
 20 etiam quod omnes commutationes inter homines omnino essent secundum medium debite equalitatis, et ideo dixisse videtur: *quod amplius est a malo est*, Math. V. (Mt 5,37), presertim quia *B* precise est verius ipsi *A* in decem marcis, igitur cum *A* sit indigentior quam *B*, ut posui sepius, sequitur quod de iure scripto tenebitur *B* non exigere ab ipso *A* veritatem de ultra decem vel ampliorem.

Item iuxta argumentum et iuxta octavum principale poterit breviter argui sic: Talis obligatio, quod *A* solvat ipsi *B* omni anno unam marcem nisi *A* restituat decem marcas ipsi *B*, illa inquam non potest estimari ad iustum precium; igitur talis obligatio nec est
 25 vendibilis nec emibilis. Consequentia illa valet etiam per adversarios, quia omne tale et solum tale est emibile et vendibile, cuius valor et utilitas potest adequari per pecuniam, ob quod dampnantur ementes et vendentes spiritualia, que non possunt quovismodo
 30 pecuniis adequari.

2 tunc] *om. K, W₂*. — utique] *om. W₁, W₂*. — iustitie] iustitiam et *W₁*. — 4 possunt] possint *K*. — 5 convenient] conveniunt *W₁, W₂*. — 6 assignet] assignat *W₁*. — 7 que] quod *W₁, W₂*. — corresponderet] correspondet *K*; correspondent *W₁*. — 8 sicut] sic *W₁*. — contractu] contracto *W₁, W₂*. — 9 ultra decem] *folgt gestr.*: decem *W₁*. — infra decem] *folgt gestr.*: marca- *W₁*. — 10 divisim] diversim *K, W₁*. — 12 vel] et *W₁*. — 14 divisim] diversim *K, W₁*. — 15 sint] fuit *W₁, W₂*. — sequitur] sed *W₁, W₂*. — si] hic *W₁*. — 16 casum] *folgt huius K*. — 18 voluerit] voluit *W₁*. — 19 negationi] negotiationi *W₁*. — concordet] concordat *K*. — 22 verius] verus *K*, vereus *W₂*. — sit] silr *corr. W₁*. — 23-27 ut posui ... ipsi B] *om. K*. — 24 de] et *W₁, W₂*. — 29-31 per pecuniam ... adequari] *om. K*.

XII

Duodecimo principaliter maior est rigor et servitus est gravior qua quis pro decem iam reddiderit quintuplum vel sextuplum aut septuplum aut centuplum et tamen adhuc decem dicta vel eorum valorem eidem teneatur, quam fuerit rigor et servitus sub lege, qui mitigatus est per suavitatem et levitatem iugi Christi, in tantum quod secundum Paulum et omnes doctores sanctos non debet Christi filius amplius sub tanto rigore velut servi vivere (cf. Rm 8,15,21, Gal 4,7). Sequitur igitur quod nedum sic ementes sed et omnes tales contractus procurantes et litteris roborantes et eos tamquam licitos contentionibus defensantes verbis ac factis Christo contrariantur et iuri naturali, dicente Christo, *qui non est mecum contra me est*, Math. XII. (Mt 12,30).

Antecedens, scilicet quod maior sit rigor in dictis contractibus quam sub lege, patet ex hoc quia furatus bovem satisfacit per quinque boves, furatus ovem satisfacit per duplum etc., et in aliis iniuriis universaliter per penam talionis, ut patet Exodi XXI. (Ex 21,24) et XXII. (Ex 22) et Deut. XIX., *dentem pro dente, manum pro manu*, etc. (Dt 19,21). Si dixeris in illo contractu non esse rigorem, quia fit utrobique voluntarie, contra hoc arguitur sub lege veteri fur vel iniuriator dicto modo satisfaciebat, ne velut contempnens legem gravior puniretur. Sic *A* nunc vendens solum ideo sic vendit, ne maiori dampno obruatur, sicut in tempestate maris quis proicit merces ut fugiat periculum maius (cf. D. 41,1,9,8). Igitur *A* vendit non simpliciter voluntarie, sicut nec illi sub lege satisfecerunt. Item si *A* simpliciter voluntarie offert ipsi *B* ultra *C* precium, sequitur quod *B* plus habundans in illo casu quam *A* ex hoc ipso teneatur eidem *A* de tanto plus gratitudinis, ut non cupiam super ipsum ponere pondus oppressionis amplioris de censu noviter constituendo. Accipiat igitur *B* iustam satisfactionem ab ipso *A* sequendo sanctam matrem ecclesiam, sicut notatur in glosa X. q. II. »hoc ius« (Grat. 10,2,2), super »usu quo subsecuto«. Imitatur et Aurelium illum carthaginensem laudabilem episcopum, et quod forsitan de iure fori sive pena superhabundanter tolleret, iure poli offerenti dimittat, ut XVII. q. IV., capitulo ultimo (Grat. 17,4,43).

XIII

Tridecimo iuris naturalis mandatum hoc est, *alter alterius onera portate*, ad Gal. VI. (Gal 6,2). Sed in casu questionis *B* nedum refugit onus portare proprium vel alterius, verum

2 qua] quam *corr.* *W.*. — 6 filius] filii *K.* — 7 servi] servus *W.*. — igitur] *om.* *W.*. — 8 litteris] litteras *W.*. — 9 patet] *folgt gestr.*: *sc-* *W.*. — 10 satisfacit] satis *W.*. — 13-14 XXI. et XXII.] XXIII. et XXII. *W.*; 23 et 22 *W.*. — 14 et Deut. XIX.] *om.* *K.*; et Deut. *W.*. — 15 fit] sit *W.*, *W.*. — 16 dicto modo] dicte *K*, *W.*, dicto *W.*. — 19 sicut] sic *W.*. — illi] illa *W.*. — 20 satisfecerunt] suffecerunt *W.*. — voluntarie] voluntario *K.* — 21 quam *A*] *om.* *A* *W.*. — ipso] ipse *K.* — 22 ut] et *W.*. — 23 iustam] istam *W.*, *W.*. — 24 notatur] notetur *W.*, *W.*. — 25 imitetur] imitatur *W.*, *W.*. — illum] album *K.* — 26 episcopum] *om.* *K*, *W.*. — 29 portate] portare *K.* — 29-30 ad Gal. VI. ... portare] *om.* *W.*.

etiam instar phariseorum, de quibus Math. XXII. (Mt 23,4) et Luce XI. loquitur, *qui onera gravia imponunt et alligant humeris aliorum* (Lc 11,46), qui nec digito movere volunt, sic et *B* facit *A* onus imponendo, quatenus similiter et pharisei pigritantes in otio dormiant et dormitent, non attendentes quod otia dant vitia, sive secundum
 5 amphibologiam intelligatur quod radices vitiorum sint ipsa otia sive econtra, quod radices otiorum sint ipsa vitia, quia utrumque est arbor mala simul cum fructu, iuxta regulam iuris naturalis supra, principali quinto, spaciosius allegatam; et quod otium sic pretensum ab ipso *B* sit arbor vel radix mala, sufficienter deducitur Eccli. XXXIII., ubi tandem concluditur: *multam enim malitiam docuit otiositas* (Sir 33,29); veritas etiam
 10 tales reprehendendo dicebat: *quid statis hic tota die otiosi*, Math. XX. (Mt 20,6). Item cum de omni verbo otioso oporteat reddi ratio (cf. Mt 12,36), numquid non isti stabunt in magna iudicii pressura, qui ut otientur per totam vitam suam ceteros gravant suis oneribus dicto modo?¹² Quare non dicant, sicut consueverunt, quia satis habeant, de redditibus servire Deo velint ecclesias visitando etc., qui sicut videtur sibi potius iram thesauriant in die ire. Et timeo ne forte tales reprehendat propheta dicendo: *hec fuit iniquitas Zodome sororis tue: superbia, saturitas panis et habundantie et otium ipsius et filiorum eius, et manum egeno et pauperi non porrigebant*, Ezech. XVI. (Ez 16,49). Et confirmatur: nam Aristoteles I. Politicorum comparans pecuniativas dicit illas viliores, in quibus adhibetur plus de viribus corporalibus et minus de ratione.¹³ Cum igitur isti
 15 emtores nichil adhibeant pro censibus laboris rationalis vel corporalis, igitur videtur quod hec pecuniativa sit vilissima.

XIV

Decimo quarto principaliter: det Sortes Platoni decem marcas pro undecim sibi restituendis in fine anni. Hoc puto quod omnes iudicent illicitum. Et magis videtur illicitum si Sortes obligat Platonem per decem marcas quod in fine viginti annorum Plato
 25 simul sibi restituere teneatur triginta marcas pro decem. Igitur cum ignorantia de hoc

1 instar] instat *W*₂. — loquitur] *om.* *W*₁, *W*₂. — qui] *om.* *W*₁. — 2 alligant] allegant *K*. — qui] que *W*₁, *W*₂. — 3 imponendo] reponendo *K*. — 4 dormiant] dormient *W*₁. — attendentes] attendens *W*₁. — 5 amphibologiam] *corr.* *W*₁; -loiam *codd.* — 6 radices] indices *W*₁. — 7 multam] multa *K*. — 9 oporteat] oportet *W*₁. — reddi ratio] reddere rationem *W*₁, *W*₂. — 13 dicant] isti *K*. — habeant] habeat *W*₂. — 14 etc] *om.* *W*₁, *W*₂. — 14-15 sibi potius iram thesauriant in die ire] potius iram thesauriant sibi in die ire *W*₁, sibi potius iram induire thesauriant *K*. — 15 hec] que *K*. — 16 habundantie] habundantia *K*. — filiorum] filiarum *K*. — 17 adhibetur plus] plus adhibetur *W*₁. — 20 nichil] nil *K*. — pro] pro *I.* *W*₁, *W*₂. — 25 obliget] obligat *W*₁, *W*₂. — 26 simul] *om.* *K*, *W*₂. — 27 sit] *om.* *K*, *W*₂. — reddeat] reddet *K*.

¹² *W*₁, fol. 16v, am untern Rand: *contra otiosos*.

¹³ Cf. Aristoteles, Politica, lib. 1, c. 5.

sit an Plato reddeat Sorti precise undecim marcas vel triginta redimendo, non excuset Sortem; ymmo si, prout presumitur, Sortes cupit quod Plato per longius tempus se non redimat, ex hoc ipso incusatur ipse Sortes. Sequitur quod in casu questionis sit illicitum.

XV

- 5 Decimo quinto principaliter, ratio non permittit quod decem marce sint iustum precium pro undecim marcis vel pro iure colligendi eas et cum hoc, quod pro eadem mensura temporis ille decem marce sint iustum precium pro centum marcis aut pro iure centum marcas extorquendo, sicut oportet concedere oppositum huius questionis defensantes, et ex primo et ex quarto principalibus magis patet.

10

XVI

Decimo sexto principaliter sic ementes resistunt principi taxanti quod quelibet marca cum alia in eadem specie quantitatis et qualitatis debeat equivalere. Igitur sic ementes dampnationem sibi acquirunt, ad Romanos XIII. (Rm 13,2).

XVII

- 15 Decimo septimo principaliter non poterit ibi assignari merx et precium, igitur nec emptio nec venditio neque emptor neque venditor. Antecedens patet, quia utrobique determinatur vel assignatur res determinata ad numerum, pondus et mensuram, quantitatem et qualitatem et in eadem specie. Igitur qua ratione *B* dicitur emptor et *C* precium, eadem ratione dicitur omnino *A* emptor et *D* precium. Eodem modo de
20 venditore et merce. Quare potius videtur esse cambium, vel notorie peius quam cambium, eo quod notorie ibidem sit commutatio inequalium. Sed cambium in pecuniis, quia solum est ad multiplicandum pecunias sine fine, igitur vituperabile, ut patet I. Rhetoricorum.¹⁴ Cogitet, oro, veritatis amator si per principem quelibet ulna panni foret taxata ad certum precium, sicut grossus vel hallensis, et *B* daret *A* pannum pro
25 panno eiusdem speciei etc., quis ibi esset emptor et quis venditor, qui merx et quod precium?

2 ex] ab *corr.* *W*₂. — 6 colligendi] colligenda *W*₁; colligandi *W*₂. — 8 concedere] consedere *W*₁. — 13 acquirunt] requirunt *K*, *W*₂. — 15 merx] marx *W*₂. — 17 determinatur vel] *om.* *K*. — 18 quantitatem et qualitatem] qualitatem et quantitatem *W*₁. — 19 dicitur omnino] omnino dicitur *K*. — 21 ibidem sit] sit ibidem *K*. — 23 si] quod si *W*₁. — 24 certum] *om.* *W*₁, *W*₂.

¹⁴ Aristoteles, Rhetorica, lib. I, c. 5.

XVIII

Decimo octavo principaliter secundum doctores sacre theologie meliores vendere notorie rem carius aut emere vilius quam res ipsa valeat est illicitum, nisi forte vendens incurreret dampnum ratione venditionis victus precibus emptoris, quia alias non venderet, et capiendo ultra valorem sue rei fugeret notorium dampnum. Sed in casu questionis illius res emitur vilius cum dampno vendentis coacti ad sic vendendum per magnam indigentiam. Igitur videtur illicitum omnino.

XIX

Decimo nono principaliter, non obstante quod species sint sicut numeri per Aristotelem X. Methaphisice¹⁵, tunc ibi numerus minor gignit maiorem numerum, quod est falsum et contra naturam. Sicque poterit quis coaptare communiter omnes rationes quas doctores contra contractum usurarum facere consueverunt, uti eas quidam doctor mei ordinis Gherardus de Senis¹⁶ collegit satis copiose, et Iohannes Andree tandem dicti doctoris questionem cum dictis rationibus scripsit quasi formaliter, super regulis iuris tractando de peccato, super verbo »peccatum«.

XX

Unde sequitur vicesimo principaliter tunc, sicut aliqui dicunt, licitum foret quod *B* emeret census talem super laborem civitatis, consequens est falsum. Probatur: nam in casu questionis illius *B* emit labores communitatis vel persone ut eos sine hoc acquirat quod ipsis laborantibus de mercede respondeat, ac si quis mancipium conduceret ad certos annos et ei in principio totum daret sub ea conditione, quod si dictum mancipium se vellet a dicta servitute liberare, omnino tantum precium redderet conductori sicut accepit in principio ab eodem. Sed ille conductor ageret contra ius naturale quod dicit: *dignus est operarius sua mercede*, Luc. X. (Lc 10,7), volens ut laborantibus precium non negetur, Deut. XXIII. (Dt 24,15). Et attendas: Numquid non Iacobus quinto capitulo loquitur contra tales, dum communitates redimunt litteras recognitionis a divitibus illis qui aliquo tempore de laboribus communitatis fructus acceperunt? *Ecce*, inquit, *merces*

6 ad sic vendendum] et sic vendendo *W*₁, *W*₂. — 7 illicitum omnino] omnino illicitum *K*. — 9 species] specis *W*₁. — 11 falsum et] *om.* *K*. — 12 usurarum] usurarium *K*. — eas] *corr.* *W*₁. — quidam] quidem *W*₁. — 14 regulis] regulam *W*₁, *W*₂; *nach gestr.* rebus *K*. — 15 peccato] peccando *W*₁. — 17 sequitur] *om.* *K*. — 18 laborem] labores *K*. — 20 respondeat] respondebat *W*₁, *W*₂. — conduceret] adduceret *W*₁. — 22 tantum] tamen *W*₂. — 25 quinto capitulo] c. 5 *K*. — 26 tales] *om.* *W*₁. — communitates] *davor gestr.*: commutationes *W*₁. — 27 de] a *W*₁. —

¹⁵ Aristoteles, Metaphysica, lib. 12, c. 8.

¹⁶ Sic! Gerhard von Siena war ein Augustinereremit, Konrad von Ebrach Zisterzienser.

operariorum vestrorum qui messuerunt regiones vestras que fraudata est a vobis clamat, et clamor eorum in aures domini sabaoth introiuit (Iac 5,4). Item dominus servum empticum <non> voluit in anno septimo dimitti vacuum et sine mercede, sed quod dimittens eum daret ei *de gregibus et de area* etc., Deut. XV. (Dt 15,14). Igitur multo plus nunc
 5 tempore gratie, quo maior debet esse dilectio inter homines, oportet quod emptores super laboricio communitatis alicuius dignum precium defalcet; quantum igitur emptor percepit usque ad tempus redemptionis, tantum oportebit defalcare. Et illud confirmat dominus similiter determinando, sic dicendo: *si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam* (Lv 25,25) et *ipse precium ad redimendum potuerit invenire,*
 10 *computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit et quod est reddat emptori sicque recipiet possessionem suam,* Levit. XXV. (Lv 25,27).

XXI

Vicesimo primo secundum doctores communiter omnes, predium aliquid multum notabiliter excedens precium sub pacto quod venditor possit recipere vel redimere pro
 15 tanta summa sicut vendidit, iudicatur illicitum, sic quod quis super labore unius magne civitatis emat unum pro decem eo modo quo communius inolevit.

K: Explicit de contractibus disputatum a doctore pragensis studii, magistro Conrado de Ebraco, doctore in theologia.

W₁: Et sic est finis illius determinationis de contractibus magistri Conradi de Ebraco
 20 doctoris pragensis.

W₂: Et sic est finis illius determinationis de contractibus, anno domini 1443 in die sancti Georgii martiris et Christi militis, disputate quondam a quodam doctore pragensi, magistro Cunrado de Ebraco.

1 clamat] *om. K.* — 3 <non>] *So zu ergänzen.* — 4 daret] *darei K.* — etc.] *om. W₁, W₂.* — xv.] *XXV. codd.* — 6 defalcet] *defalcet W₁, W₂.* — 7 percepit] *precepit W₁.* — 9 possessiunculam] *possessiunctam K.* — 10 emptori] *emptorem corr. W₂.* — 14 excedens] *extendens W₁, W₂.* — recipere vel] *om. K.* — 15 sic] *sicud W₁.* — 22 disputate] *disputati W₂.*

Diese Arbeitsedition wurde erstellt von Christoph Cluse, Trier 2021–2022.
Sie steht unter Creative-Commons-Lizenz, [CC BY 4.0](https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/).